



V, 82.

2.417a



CVRIAM
REGNITIANAM
NON. NVLLO. IVRE
HERMVNDVRORVM
COGNOMINANDAM
DISSERIT. XIII

VT
CELSISSIMAE. PRINCIPIS. AC. DOMINAE
DOMINAE
FRIDERICAE. SOPHIAE
WILHELMINAE
REGIAE. PRVSSORVM. STIRPIS
RELIQVA
PATRIAE. MATRIS. OPTIMAE
DIEM. NATALEM

D. IIII. IVLII. MDCCCXVII
IN. ILLVSTRI. CVRIANO. H. L. Q. C
DEVOTISSIMA. MENTE. OBITVROS
AVDIANT

PROCERES. CIVES. Q. CVRIANI. SPECTATISSIMI
QVO. DECET. CVLTV. ROGAT
CVRIANI. RECTOR

PAVLLVS. DANIEL. LONGOLIVS
A. M. FAC. PHIL. LIPS. ADSESS. ET. SOC. IENENS. LATIN. SOC. HONORARIVS

CVRIAE. REGNITIANAE
LITERIS. IOANNIS. ANDRAEAE. HETSHELII
GYMN. TYP

Pars postrema.

QVID INTEGRVM HERMVNDVRRORVM NOMEN ?

Index dictorum.

- | | |
|-----------------------|---------------------------------------|
| §. I. Vnde integrum ? | §. VII. Addito DVRI. |
| §. II. Ex HER. | §. VIII. Quid integrum HERMVNDVRI ? |
| §. III. Ex MAN. | §. VIII. Num per Apocopen inde DVRI ? |
| §. IIII. Ex HERMAN. | §. X. Vnde DVRI ? |
| §. V. Vnde HERMIN. | |
| §. VI. Vnde HERMVN. | |

§. I.

In quod exit *Hermundvrorum* nomen, non potuit non me diutius exercere, quia illud nationem hanc ab omnibus aliis distinguit. Iam per partes superatis hinc inde surgentibus difficultatibus, quae ad eius penetralia iter interciperent, expediri poterit facilius integrum.

§. II.

Initium huius nominis adeo in vulgus notum, vt praeter rem viderer agere, si multis docerem, 1.) HER indicare *agmen*, in primis *militantium*. *HERmundurorum* autem copias saepe in aciem fuisse eductas et stipendia fecisse, vel inde satis liquet, quod 2.) *Catualda eorum opibus pulsus* aequae ac 3.) *Vannius*, quod 4.) *vicinis ingruebant*, quod 5.) *cum Cættis magno proelio certabant*, quod 6.) *cum aliis aduersus Romanos conspirabant, cumque his* 7.) *triennio bellum agebant*, ne enumerem, 8.) *quas in vniuersum Suedi*, quorum natio *HERmunduri*, fecerunt expeditiones. Quod si *GERmani* 9.) *nomen suum ex ger*, quod 10.) *priscis iaculum*, siue *wer*, vnde

- | | |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------|
| 1.) Quo superfedeo, post quam docuit Wachterus Gl. Germ. p. 709. seq. | 5.) Vt et hoc Lib. XIII. Cap. LVII. n. 7. illic §. IIII. |
| 2.) Referente Tacito Annal. Lib. II. Cap. LXIII. n. 6. supra Cap. I. Sect. I. Int. II. §. II. | 6.) Teste Capitolino in Antonin. Philosoph. Cap. XXII. princ. insequenti §. V. |
| 3.) Referente eodem Annal. Lib. XII. Cap. XXVIII. princ. ibidem §. III. | 7.) Eodem Historico Cap. XXVII. ibi §. VI. |
| 4.) Eodem Cap. XXX. princ. ibidem. | 8.) Quos enumeraui Cap. I. Sect. II. Int. I. P. II. §. V. seqq. |
| | 9.) Ex indicio Clauerii German. Antiq. Lib. I. Cap. VIII. Leibnitii, |

vnde *guerre*, quod u.) *bellum*; erit huic adfinis *HERmundurorum* adpellatio, si ad caput vtriusque respicias. *GERmundur* enim in lapidibus Runicis pasfim instar elogii *viris praestantibus* dari censetur, 12.)

§. III.

Iam 1.) celebrabant maiores nostri *Tuissonem* et *filium Mannum* *originem gentis conditoresque, ex cuius vnus filii nomine* Herminones. Quod si huius gentis natio *HERMVNduri*; 2.) quid vetat, in horum nomine eiusdemque secunda syllaba vestigia *MANNI* deprehendere, 3.) quod aequae in *MarcoMANnorum* 4.) et *AleMANnorum* 5.) priscae Teutoniae gentium celeberrimarum fuit integrum seruatum? Superest id quoque in Caesaris 6.) *PaeMANis*, si vel cum Cuiacio *CeMANos* substituas, quam quam doctissimus quisque 7.) eorum sedem ignorare profitetur. Prodit se in *CenoMANis* 8.)

V 2

populo

Dithmari et Vetteri ad Tacit. German. Cap. II. n. 6. Hertii Notit. Vet. German. Pop. P. I. Cap. I. §. III. et Wachteri Gl. Germ. p. 566. consentiente Pffefingero ad Vitriarii I. P. Lib. I. Tit. II. §. 10. p. 174.

10.) Interprete nouissime Wachtero p. 560. et 566.

11.) Vt interpretati sunt Cluuerius, Hertius, Wachterus, item Leibnitius et Dithmarus ad Tac. German. Cap. II. extr. Secus sentit Iunkerus Geogr. Germ. Med. Aeu. P. II. Cap. I. §. III. p. 92. seqq.

12.) Peringskioeldo ad Vit. Theodorici Ostrogoth. Regis p. 377. citato ab Hertio l. c. p. 14.

§. III. 1.) Si fides est habenda Tacito German. Cap. II. n. 3. et 4.

2.) Vt perhibet Plinius Hist. Nat. Lib. III. Cap. XIII. quem vindicauit Cap. II. Sect. I. Int. II. §. III.

3.) Vt deprehendit Cellarius de

Initiis Cultioris Germaniae Sect. VIII. citatus a Frankio Hist. Mansfeld Lib. I. Cap. I. §. XI. p. 4.

4.) Quorum nomen vndecumque arcesas, in hoc enim diuerse doctos vel ex Wachteri Gl. p. 1050. cognoscas, illibatum tamen manfit eorum *MAN*. De sede eorum infra Cap. III. Sect. I. Int. II. §. III.

5.) De quibus etiam infra ibi §. XIII. Vnde vero nomen eius, acque sunt diuersae sententiae, quas exposuit Cl. V. Steffensius Hist. Vet. Incol. Teuton. Cl. V. p. 305. *MAN* tamen et hic a nemine lacesitur.

6.) De Bell. Gall. Lib. II. Cap. III. n. 10.

7.) Quem ad modum Cluuerius German. Antiq. Lib. I. Cap. VIII. Ortelius Thef. Geograph. h. v. et Cellarius Notit. Orb. Antiq. Lib. II. Cap. III. Sect. XI. §. CXXXIII.

8.) Caesaris de Bell. Gall. Lib.

populo quondam Galliae Lugdunensis, 9.) cuius nominis vestigia
10.) seruat eorum 11.) vrbs MANS. Est vero vel adhuc MAN
in vsu siue in genere pro *quocumque homine* 12.) siue pro *valido et
forti* in specie, 13.) vnde familiare *uermannen* pro *superare*.

§. III.

Isto vtroque HER et MAN sibi accrescente succreuit HER-
MAN. Quid vero hoc aut frequentius aut antiquius? Vel ipsa illa
prisca Hispania praestat nomen vrbs, quae istud prae se fert. Scri-
bitur 1.) aliis HERMANica, aliis HERMANDica, variant enim libri.
Perottus hinc mutuatus fuerit ERMANDica, quo reddit Polybii 2.)
Ἐλμάντικα. 3.) Litera autem canina cum labiali saepius permutata
fuit, quod vel in hac ipsa gente vsu fuit, cum qua mihi cum maxi-
me est negotium. 4.) Nec toto caelo differt lingua Hispaniae et
Germaniae antiquae. 5.) Profecto, qui *HermAnduros* scripse-
runt, 6.) nominis incunabula in illo HERMAN quaesuerint.

§. V.

Sed et si haec scriptura 1.) non omne punctum tulit; fuerint
tamen forte, qui HERMIN eloquerentur. Colligo id ex diuersa
lectio-

VII. Cap. LXXV. n. 3. Strabonis
Γεωγραφ. Lib. V. p. 330. Plinii
Hist. Nat. Lib. III. Cap. XVIII.
Ptolemaei Γεωγραφ. ὙΦηγήσι. Lib.
II. Cap. VII. Liuii Hist. Roman. Lib.
XXXI. Cap. X. n. 2. Lib. XXXII.
Cap. XXVIII. n. 6. Cap. XXX. n. 4.
seqq. Lib. XXXVIII. Cap. III. n. 1.
seqq.

9.) Vt monstrauit Cellarius Lib.
II. Cap. II. Sect. II. §. LXX.

10.) Obseruante eodem post Or-
telium Thes. Geograph. v. *Ceno-
manni*.

11.) Quae dicitur Gregorio Tu-
ronensi Lib. II. Cap. XXXXII. Noti-
tiae Dignitatum Imperii Occidentis
Cap. LXVII. in Graeuii Thes. An-
tiq. Rom. Tom. VII. p. 1924. et No-

titiae Imperii p. 147. apud Cellarium.
12.) Vt docuit Wachterus p.
1033. seq.

13.) Hoc vero p. 1034. seq.

§. III. 1.) Liuius Hist. Roman.

Lib. XXI. Cap. V. n. 6. et 7.

2.) Ἴστορ. Lib. III. Cap. XLIII.

3.) Obseruante Cellario Notit.
Orb. Antiq. Lib. II. Cap. I. §. XII.

4.) Ceu videas Cap. I. Sect. I. Int.

II. §. VII. et Cap. II. Sect. II. Int. II.

P. II. N. II. §. III.

5.) Cuius memini supra Cap. II.
Sect. II. §. XII.

6.) Iam supra Cap. II. Sect. I. Int.
II. §. VI. nominati.

§. V. 1.) Quam dudum reiecit
Hofmannus Lex. Vniu. Tom. I. p.
760.

lectione *ErmEntrudis*, *HErmEntrudis* atque *IrmEntrudis* vt et *ErmEngardis*, *HErmEngardis* et *IrmEngardis*. Quid enim clarius produnt, quam vicinas vocales facile alternare? Hic *EetI.* 2.) Henim est nullius momenti, 3.) *Irmin* autem bello validum denotat. 4.) Et quid aliud *HERMAN*? 5.) Ipsa illa a Carolo Magno euerſa ſtatua *Irmenſeul* 6.) apud Reginonem 7.) *Hermanſaul* et in Chronico Belgico 8.) *Hermensul* ſcripta legitur. In cuius autem memoriam ea poſita? In *Arminii* 9.) nobiliſſimi illius Cheruſcorum ducis clade Variana Germaniae liberatoris de Romanorum iugo, 10.) Is ſuis dicebatur *Herman*. 11.) *A* autem et *Eſe* cum permutari, 12.) exemplo ſunt 13.) *HedEnus* et *HetAnus*, *Edelbertus* et *Adelbertus*, *Edda* et *Addanus*, *HEtto* et *HAtto*. Iam quod Germanicorum nomen frequentius *Arminio* 14.) ſiue *Hermanno*?

V 3

§. VI.

2.) Cuius cauſa exempla ſat multa in libellum de Vſu Orthogr. Latin. Cap. III. §. V. ſeq. coegit Cortius. Addas tamen Eccardum de Reb. Franc. Orient. Lib. XXII. §. XVIII. obſeruante, *GERbertum* ſcribi et *GIlbertum*.

3.) Cuius ſpecimen vel in hoc ipſo de *Hermunduris* libello Cap. I. Sect. I. Int. II. §. VII.

4.) Vt probauit Wachterus Gl. Germ. p. 795.

5.) Si reuoluas §. praecedentem.

6.) De qua iam ipſe quaedam ſcripſi in Orig. *Αυθραποθυσίας* a vulgari crudelitatis crimine vindicatis §. X. Longius diſeruerunt inter alios Meibomius de *Irminſula* in Script. Rer. German. Tom. III. p. I. ſeqq. et *Waſerbachius* de *Herminſula Saxonica*, ne plures adpellem, quos adpellaui *Pfeſſingerus* ad Vi-

triarum Ius Publ. Lib. I. Tit. II. §. 10. p. 215. ſeq.

7.) In Chron. ad an. 10CCLXXII. inter Piſtorii Script. Rer. German. Tom. I. p. 36. vt iam odoratus eſt *Hofmannus* Lex. Vniu. Tom. I. p. 856.

8.) In iisdem Piſtorianis Tom. III. p. 42.

9.) Vt cenſet *Schurzſleichſchius* de *Arminio* §. XIII.

10.) Quam laudem ei vindicat *Schurzſleichſchius* dicta diſputatione.

11.) Eodem diſſitante §. I. Ad- das *Hofmannum* l. c.

12.) Quod iam docuit laudatus *Cortius* §. I. VI. et VII.

13.) Indice *Eccardo* Rer. Franc. Orient. Lib. XVIII. §. VIII. p. 312.

14.) Indice *Cafaubono* ad *Sueton. Calig. Cap. XXXVIII. Aduinio* in *Arminio* reformaturo, quantum per ipſum ſteterit.

§. VI.

Atqui non *Herminduri* sed *HermVnduri*. Iam Latinis 1.) erat vocalibus *V* et *I* medius sonus, et Franci *u* pronunciant vt *i* vel potius *ui*. 2.) Proinde HERMVN siue ERMVN in HERMVN-*duri* nomine ex HERMIN siue ERMiN tantum ex diuersa pronun-
ciatione natum fuit. Neque ERMON omnia alia velle, iam ostendi. 3.) Indicabit igitur ista prior gentis nominis pars *viros in exercitu sollertes*, quales esse solebant Germani.

§. VII.

Quod si autem solum modo *Hermini Hermunivae* fuisset nomen; qui distinguendi a reliquis Germanis? 1.) Distinguebat igitur eos adiectum DVRI.

§. VIII.

Quid vero iam integrum HERMVNDVRORVM nomen indicabat? Si per hoc Caput II. dicta in vnum colligis, *viros* 1.) *ad flumina habitantes*, 2.) *quae transeuntes* 3.) *per ianuas* 4.) *et turres* 5.) *ad alios pergebant*.

§. VIII.

Quid *Hermannis* inter Germanos notius? Quot autem nomina paullo longiora eaque composita fecere iacturam partis sui notioris, praesertim ab initio? 1.) Sic vel supra 2.) legeris, DVREN remanisse de veterum *MarcoDVRVM*, et paullo ante 3.) de *Cenomanis*

1.) Teste Quinciliano isto dicendi magistro peritissimo Insit. Orator. Lib. I. Cap. IIII. p. 40. a Burmanno edito. Plura capias ex Vosio de Art. Gramm. Lib. I. Cap. XII.

2.) Vt iam sensit Eccardus ad Leg. Salic. p. 147. Hinc is p. 87. coniectit, dictum esse *dritte* ex *driitte*, et hoc ex obsoleto *druhte*.

3.) Cap. I. Sect. I. Interfect. I. §. I.

§. VII. 1.) Quod monui Cap. II. Sect. I. Int. II. §. VI. aduersus eos, qui solo *Herman* natales *Hermundurorum* nominis tribuerent.

§. VIII. 1.) Secundum §. II. huius postremae partis.

2.) Secundum §. II. seqq. partis posterioris N. I.

3.) Secundum §. VI. eiusdem.

4.) Secundum §. VII. eiusdem.

5.) Secundum §. VIII. eiusdem.

§. VIII. 1.) In quo sequor *Abellium* Antiq. Sax. et Teuton. Cap. II. §. XXIII. et *Falkensteinium* Antiq. et Memorabil. Nordgau. Tom. I. Cap. I. §. III. p. 6. seqq.

2.) Cap. II. Sect. II. Int. I. P. II.

§. VII. N. I.

3.) §. III.

MANIS MANS. Sic 4.) de LangobARDIS BARDI et BARDEwik, de ANGLOsaxonibus ANGLI, de HozePLOZ PLOZ, de BoxtEHVDE HVDE, de GrafenHAG HAG, de HerzogenBVSCH BVSCH, et sexcenta alia. Potuit igitur et istud DVR Tabulae Peutingerianae lacinia esse integri *HermundVrorum* nominis, 5.) vel *DVRingorum*, 6.) quorundam 7.) *Thuringorum*, quorum mentionem non prius quam vergente 8.) seculo quareo post C. N. 9.) inuenere docti, ni iudem *Tungri* 10.) vel *Turoni*. 11.)

§. X.
Aeque non refragarer *HermundVROS* vulgo tantum DVROS fuisse dictos. Eos autem DVROS fuisse *Tungros*, qui 1.) *primi Rhenum transgressi Gallos expulerunt*, existimantes 2.) ipsum Tacitum 3.) sibi habent aduersantem, qui hoc pacto eodem tempore, quo ista scripsit, sui plane immemor interposito Danubio

4.) Abelio et Falkensteinio auctoribus.

5.) Quae est scriptura plerorumque veterum, ceu ostendi in nota 6. ad §. XXXII. *Gefellae* meae prelo paratae.

6.) Infra Cap. III. Sect. II. Int. II. §. XXXVIII. nominatorum. Esse autem istam scripturam veterum, adparebit ex dictis meis nota 6. ad §. XXXII. *Gefellanorum*.

7.) Aetatem autem tabulae reutingermanicae ad seculi annum LXXX. relatum legas supra Cap. I. Sect. I. Int. I. §. V.

8.) In *Vegetio Artis Veterinariae* siue *Mulomedicinae* Lib. IIIII. Cap. VI. Meminit quoque eius *Aethicus Cosmograph. Ed. Gronouiana* p. 716.

9.) Ex opinione *Abelii* in *Teuton. et Saxon. Antiq.* Cap. II. §. XXIII. cui *calculus* suum adiecit *V. Gen. de Falkenstein Antiq. et Memorabil. Nordg. Vet. P. I. Cap. I. §. IIII. p.*

6. seq.

10.) Quod iam olim *Bertium* autumasce, memini supra Cap. I. Sect. I. Int. I. §. V. indicasse.

11.) Recentissimi *Wüstmanni* V. Cl. de *Hermunduris* et *Thuringis* secundum *Ptolemaeum* §. XVIII. seqq. praefultoribus modo nominatis *Abelio* et *Falkensteinio*, quam quam eos haud nominavit.

§. X. 1.) Vt censuit *Tacitus German. Cap. II. n. 6.*

2.) Est autem personatus *Rochezang* de *Isfecra Bohemiae* suae P. I. Cap. I. §. p. 7. quod hausisse praese fert ex *Abelii Antiq. Teut. et Saxon. Cap. II. §. XXXIII. p. 425. seq.* quem secutus sit *Gen. de Falkenstein Antiq. et Memorabil. Nordgau. Tom. I. Cap. I. §. IIII. p. 6. et Chron Thuring. Lib. I. Cap. II. §. III. p. 119.*

3.) *Cap. XXXXI. n. I. quem N. I. partis posterioris §. V. vindicauit.*

Danubio a finibus Romanorum prohibuisset, quos transgressos Rhenum in Gallia Romana prouincia collocauerit. Quis de tam graui scriptore eius modi puerilia expectaret?

Ita vero nihil amplius morae est, quin fidem, quam in fronte huius libelli obstrinxi, liberem, quod forte quibusdam gratius, quam tenuerunt *Hermunduri*, terrae situs, penna et graphio picturus. Paratum est omne, modo ne aperto nuperrime in Franconia nostra Iano claudatur *Mineruium Curianum*, Marteque intercipientur vota, quae pro imperio PRINCIPVM suorum pacatori publicis solennibus solenne est ipsi nuncupare. Ad ea protocat natalis vndequinquagesimus, qui hodie illuxit PATRIS patriae CLEMENTISSIMI CONIUGI AVGVSTAE. Ista autem praecones praecones verbi diuini cras sequantur in schola

IOANNES THEOPHILVS KISPERTVS, Ruggendorffo francus, ex CELSISSIMAE DOMVS BRANDENBURGICAE *connubiis cum praecipuis Europae Principibus pacem ominans proximam eandemque fidam, quod Deus faxit.*

IOANNES FRIDERICVS WILHELMVS HAGENIVS. Neulensis, *commoda coniugiorum in omne vitae genus redundantia exponens occasionem nactus ex coniugio SERENISSIMORVM FRIDERICI et FRIDERICAE SOPHIAE WILHELMINAE suauissimo, quod sit stabile.*

CHRISTIANVS THEOPHILVS ROTHIVS, Oelsnitio saxo, SERENISSIMOS CONIUGES *in elegantioribus Musis se in vicem aemulantes ad eandem acerrimum addere calcar ciuibus suis docens, QUI Curiani mancant PROPITII NVTRITORES quam diutissime.*

Quorum medium Latina, reliquos duo vernacula, omnes autem prosa dicturos audiant beneuole, quorum interest, ne gymnasium tempestati seculi turbidae succumbat, est, quod etiam atque etiam rogo, P. P. a, d. V. Nonas Quintiles A. R. S.

CIOCCCLVII,



Yb 4473

1078

ULB Halle

3

006 302 904



20







CVRIAM
REGNITIANAM
NON. NVLLO. IVRE
HERMVNDVRORVM
COGNOMINANDAM
DISSERIT. XIII

VT
CELSISSIMAE. PRINCIPIS. AC. DOMINAE
DOMINAE
FRIDERICAE. SOPHIAE
WILHELMINAE

REGIAE. PRVSSORVM. STIRPIS
RELIQVA
PATRIAE. MATRIS. OPTIMAE
DIEM. NATALEM

D. III. IVLII. MDCCCXVII
IN. ILLVSTRI. CVRIANO. H. L. Q. C
DEVOTISSIMA. MENTE. OBITVROS
AVDIANT

PROCERES. CIVES. Q. CVRIANI. SPECTATISSIMI
QVO. DECET. CVLTV. ROGAT
CVRIANI. RECTOR

PAVLLVS. DANIEL. LONGOLIVS
A. M. FAC. PHIL. LIPS. ADSESS. ET. SOC. IENENS. LATIN. SOC. HONORARIVS

CVRIAE. REGNITIANAE
LITERIS. IOANNIS. ANDREAE. HETSHELII
GYMN. TYP